

## Aduerencias para

penis Ecclesiasticis de novo obseruari debe-  
re, mandauit, & inhibuit, ac statuit, & ordina-  
uit: decernens quod literis prefatorum pre-  
decessorum & presentibus ac in eis contentis  
quibuscumque per quascunq; literas Apostoli-  
cas, & quascunq; clausulas generales, vel spe-  
ciales, etiam derogatoriis derogatorias,  
efficaciores & insolitas ac irritantia decreta  
in se continentes, nullatenus derogari possit:  
& si derogari extiterit derogationes nemini  
suffragentur. Deinde in fine tollit omnem dero-  
gationem factam priuilegiorum, & præcipit  
Episcopis Abbatibus, & aliis Prælatis, & Ca-  
nonicis, & officialibus in spiritualibus Epis-  
coporam, ut quoties faerint requisiti ab aliquo  
quos concernunt priuilegia solemniter publi-  
cent & faciant presentes literas plenum effe-  
ctum sortiri: non permittentes quemquā quo-  
modolibet indebite molestari. Et contradicto-  
res, & rebelles per censuras, & alia iuris re-  
media cōpellere, etiam inuocato ad hoc [si o-  
pus fuerit] auxilio brachij secularis. Apponit  
tandem fortissimas non obstarias. Non obstan-  
tibus [inquit] contiſtutionibus Super Cathedra-  
ram Bonifacij. 8. & Clementina Religiosū  
de Priuilegijs, et Dadum, de Sepulturis, ac Re-  
gulis